

um sanctorum necnon predictarum natiuitatis epyphanie resurreccionis &c. ut supra *) henrici & olai predictorum festiuitatum octauis & per sex dies predictam festiuitatem pentecostes jmediate sequentes eandem ecclesiam denote visitauerint annuatim singulis videlicet festiuitatum celebritatis & dedicacionis 3:s annos & totidem quadragenas octauarum vero & sex dierum predictorum diebus quibus ecclesiam ipsam annuatim visitauerint vt preferitur C dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer relaxamus Volumus autem quod si alias visitantibus dictam ecclesiam uel ad eius fabricam manus porrigentibus adiutrices sev alias aliqua alia indulgencia in perpetuum uel ad certum tempus non dum elapsum duratura per nos concessa fuerit huiusmodi presentes littere nullius existant roboris uel momentj Datum rome Apud sanctum petrum Pontificatus nostri Anno Secundo.

1153.

1296 odat.

Hammarö.

LARS BOBERGS gåfvobref på en äng i Thorshälla till Saba Kloster.

A. 3. h.

Vniuersis ad quorum audienciam presentes peruenerint. LAURENCIUS BOBYÆRGH. salutem in Domino Omnia negocia que pro tempore Geruntur ne cum processu temporis labantur litterarum testimonio solent perhennari jd-circo nouerint tam posterius quam presentes Me conuentui de Saba, vnum pratum contulisse ob meorum peccaminum & dilecte vxoris mee Cristine medelam & solamen, jllico *inquam* pratum quot prius molendinis attinebat & agello quem Dominus anundus Haraldsson dicto conuentui in thorshærgi erogauit jn cuius Rei confirmacionem siggillum meum presentibus est appensum Datum Hammarø anno domini. M°.CC°.XC°.VI°.

Af sigillet blott ett stycke qvar på den ur brefvet klippta remsan.

1154.

1296 d. 2 Jan.

Stockholm.

Konung BIRGERS uppå den vederbörligen granskade Uplandslagen gifna stadfästelse.

J. 3: 109 **).

Omnibus præsentis literas inspecturis BIRGERUS Dei gratia SWeorum Gothorumque Rex salutem in Domino sempiternam. Licet legum veterum

*) Med tillägg af purificationis före assumptionis.

**) Finnes äfven 2) J. 3: 115; samt utgifven af 3) Lundius; och 4) Messenius, Scond. Ill. XII: 146.

non sit vilis autoritas interdum] tamen per ¹⁾ processum temporum et humanæ propagationis successum conuictus mutuj modo et ordine variatis nec non insolitis aliquibus contingentibus ²⁾ casibus, nonnullis et antiquitatibus minus lucide traditis immutari ³⁾ quoque contingitt leges et statuta, quibus humanæ fragillitatis mores regulari et litigia quietarj competit æquitatis tramite obseruato. Quod profecto tam in Ecclesiasticarum quam Ciuilium traditionum abrogationibus, suppletionibus ac nouellis institutionibus clarius elucescit, Sane fidelis noster Dominus Birgerus legifær Tijundia ex parte omnium tria folkland Vplandia inhabitantium fide digna nobis insinuatione munstrauit ⁴⁾ in eorundem legibus per plura dispersis volumina continerj quædam rationj minus consona, iurj communj repugnantia, aliqua obscure tradita, et nonnulla vtentibus onerosa. Quare a nobis ea quæ decuit instantia omnium supradictorum nomine postulauit ut ipsorum in hac parte dispendiosis incommodis de specialj ⁵⁾ gratia oportunum adhibere remedium dignaremur. Et quamquam preces huiuscimodi ad exauditionis gratiam aliquo tempore distulimus ⁶⁾ admittere veterum legum inpertinentes variationes ac nouitatum inuentiones euitare volentes; Iteratis tamen antedictorum importunitatibus pulsatj, ac tandem multiplicium inconuenientium et grauaminum querulosis allegationibus inclinatj, petitionem porrectam duximus admittendam ⁷⁾, Porro vt debita adhiberetur diligentia, circa perpetuis temporibus, permansura præfato Domino Birgero legifero dedimus in mandatjs vt assumtis secum discretioribus de singulis folkland, discutiendis veteribus, ac nouis condendis, et compilandis legibus, daret operam efficacem, Quod ⁸⁾ promptitudine debita iussa complens Duodecim viros assumsit; videlicet de Tijundia, Magistrum Andream Præpositum Vpsalensem ⁹⁾, milites nostros Dn. ¹⁰⁾ Rôdh Keldorsson et ¹¹⁾ Benedictum Booson Vlf Langmansonn ¹²⁾, Hagbardum de Sudherbij, Andream de Förekarlabij et Thorstanum de Sambro. Item de Actundia ¹³⁾ militem nostrum ¹⁴⁾ Dn. Philippum de Rumbij Haquinum Legiferum Eskillum Skielgæ, Sigurdum Iudicem et Iohannem Gasabogh Item de Fiethrundia Vlphonem de Ôthnustum, Götricum et Vluidum Iudicem. Cum his igitur omnibus diligentj indagine expleto discussionis ¹⁵⁾ editionis ¹⁶⁾, compilationis et examinationis negotio leges ipsas conuocato communj eorum, quorum intereratt placito in omnium ¹⁷⁾ audientia promulgauerunt: Deinde absque contradictione qualibett consentientibus et acceptantibus omnibus, iterato ad nos habito recursu super insinuatione factorum ad omnium supradictorum instantiam et petitionem nomine trium folkland se-

¹⁾ propter 3. ²⁾ emergentibus 3, 4. ³⁾ permutari 3; mutari 4. ⁴⁾ monstravit 2, 3, 4. ⁵⁾ optabili 3. ⁶⁾ distulerimus. ⁷⁾ admittendam 2, 3, 4. ⁸⁾ Quare 3, 4. ⁹⁾ et *tills*. 4. ¹⁰⁾ Dominos 3. ¹¹⁾ Dn. *tills*. 4. ¹²⁾ Lagmanson 4. ¹³⁾ *Andradt till* Attundia 1. Attundia 2, 3, 4. ¹⁴⁾ Nostros Milites 4. ¹⁵⁾ Discussionis 2, 3, 4. ¹⁶⁾ editionis 3. ¹⁷⁾ omni 3.

pedictorum nobis ¹⁸⁾ factam autoritate regia sepefatas leges autenticandas ac confirmandas duximus, easque obseruandas perpetuo præsentis schriptj patrocinio communimus, volentes vt ¹⁹⁾ eadem autoritate districte præcipiendo mandantes sub optentu gratiæ nostræ et animaduersione Regiæ vltionis, quatenus omnes ac singulj sepius memorata tria folkland inhabitantes non aliis sed eisdem legibus tanta petitis instantia, tam diligentj studio conscriptis, adeo vnanimiter acceptatis, rite approbatis, confirmatis, ac ²⁰⁾ autenticatis a nobis, vtantur in iudicijs, causis et controuersijs quibuscunque. Volumus etiam et firmiter præcipiendo mandamus vt omnes et singuli Norræ rodhrinh ²¹⁾ inhabitantes sine contradictione qualibet vtantur legibus supradictis in cuius Rei euidenciam præsentis literas scribi fecimus, et Sigilli nostri munimine roborarj Datum Stokholmia Anno Domini MCCLXXXVI. in octaua Beatj Stephani Protomartijris.

1154. a)

Öfversättning.

J. 3. 115 v. *).

BIJRGER medh Gudz nådom Konunger Sweiä och Göthe, Helser alle them thette breff see medh Gudz qwedio och sinne. Thå att forne Laga rätter see wirdninga werdir, thå komber stundom swå till att vm skiptes then Laga Stadge som skippader är, till att rätte kranka manne sidi, och med iempnade afleggie manne missemio. Fortijs såsom timmer lijder, och men fram falle, och andrir tilfödes, så ijmskes manne samwere. Förtij att i lagom timme kunne mångh nij fall hende, och ättir föri tij, att i gamblom lagom, hittis sompt medh fhåom ordom fullätt och som allunges nijskipatt. Nu hafwer wår troen tienesteman, Herre Birgir Tiunde Laghman oss trijggeliga kunnogatt, aff alra thera alffuom, som boa och hijggie i treen Vplande Folklandom, att i thera lagom som Ströningiom hafdus i flerom bokom, hittes sompt eij allungis skeligit, sompt mijklika saghat, och som tungt till ått lijta. Och företij badh han Oss med mögelikom bedz lom aff alra therom alffwom fijre nempndir äro, att wij aff serlikom nådom, skipadin boot oss verdilika, och them torfflika, å mothe thessom thera tunga och åtarffuom, än wij dwaldom nåkre swå stundh thesse bon att höre, företij att wij wuldome eij gamul lag oskäliko vmskipte, och eij onijtilika tillhitta. Tå omsi-

¹⁸⁾ nobis *utesl.* 3. ¹⁹⁾ et 3, 4. ²⁰⁾ et 4. ²¹⁾ rättadt till rodhrindh 1; rodhrinh 2, Norræ rodhrindh 3; Norra Rodhin 4.

*) *Finnes äfven* J. 3: 110, med någon olikhet i stafsättet. De varianter, som förekomma i *Lag-Codices*, upptagas i Corp. Juris SvG. Ant. T. III af Dr. C. J. Schlyter.